




cus munde **Sanctus. 07**

niporens sine deus: ut ma

aytem anchor em

que dignare sciamet in

effectum: p. **ep̄la** **I**
si morte

lio mundi huius ad te reu
tunc cū ipse coronat

Laurent dat
lucida carpo



Me fide
Regula singulos
denarium daret
et omnes

Tabernaculum
et in iudiciis



Paradigma
et ex plerumque

Stat in eo
lapide in quo
patet prodigat
est totam laudari
fide pro omnibus laud
pro gaudio
At viensis primum
gaudio maiore dote

Et viderem officium per totum
et qui nimis vultis et
proscripti dicitur
legibus multati banis
Nullis beneficio tunc
anxi



ARS VER- ficatoria Hul- derici Hutteni.



PARISIIS.
Ex officina Roberti Stephani.
M.D.XXXIIII.

Hulderici Hute

NI, DE ARTE VER- sificatoria, carmen heroicum.

Propositio

^{vis} ^{modus}, & ^{quæ} sint ^{seruandæ} in
^{carminibus} ^{leges},

Q

Et quo ^{quæque} suum distendat syl-
laba ^{tempus},

Littera ^{quas vires} habeat, quôque

Attentio.

^{ordine} ^{mutet},

Omnia discutiam paucis. Huc læta Iuuentus
Verte animi votum, sitibundâsque imbue fauces.
Non quia præterea scriptum nihil vtile dicam,
Sed quia munus habes animo gratate profectum.
Improbet ista licet, cui mentem insana libido
Carpendi studio vexat: mihi fama trahatur,
Inque dies mihi perstet honos, mihi gloria surgat:
Qui velit, inuideat: seque hoc mærore fatiget.

Vocales.

L

Ittera apud Latios isto discrimine fertur
Vocalis ^{criticos}, q̄ voces ^{integra} reddat.
Tales ^{quinque} putant, y Græca exinde re

tracta.

Consonan-
tes.

Consona, quod voces nil mutans adiuuat ipsas:
Per se nulla tamen, nisi vocibus addita rectis.

Harum aliquæ nobis vanos referuntur ad vsus,
Quæ sint, discere breui: quibus E non assonat ipsis.

Q̄ tamen v iunctum stat in vsu crebrius illo:
Vt sequor, vt quoniâ. vetus est scripsisse Izalêdas.

Q
lz

H nota nonnullis venit aspiratio verbis:
 Non tamen idcirco, quò possit littera dici.
 Adde, quòd in versu cadit hæc, & nulla putatur.
 Nec te conturbet, si obiecerit vnus & alter
 (Polthabita coluisse Samo, hic illius arma:)
 Non ego confirmo, quo quisquam est rarius vsus.
 X dupla est. veteres (breuitas cum forte iuuaret) X
 Pro (gregis hoc monstrat) iunctis scripsere duabus.
 Duntaxat Græcis z est data littera verbis. Z
 Quæ super has restant, dabit illis littera nomen.
 Cōsona vel muta est, quoniā male vocib⁹ astat: Mutæ.
 Inque E finitur: vel (quæ plus consonat istis) Semiuoca.
 Semifona, incipiens E, dum se terminat ipsam. les.
 F tamen (vt muta est) nihil hac ratione tenetur: F
 Nanque potestatem non mutat spiritus vlli.
 Quid? q^d habet mutæ vim totam, & conuenit antè
 Mobilibus liquidis: sic flauus, sic frēmo profers.
 Omnis in hoc numero vocalis ponitur anceps: Vocales la.
 Non vt apud Graios, vbi stricto iure tenentur. tinæ anci-
 Nulla vnquam tenuit vocales syllaba binas, pites.
 Ni coeant simul, & diphthongi nomine quadrent. Diphthon-
 Quatuor ista modis fieri connexio fuenta est. gi.
 Aulæ erit exemplum, fœlix, atque eūrus in illa.
 Quinta ferè exoluit pacto diphthongus eodem:
 Scribe graues tamen hac tentabunt pabula fœtas, E I.
 Quisquis ab antiquis scribendi congeris vsus.
 I solet, vque simul natiuam amittere vocem, I & v con-
 Cōsona facta Iouis, Venus, hoc ostendere possunt. sonantes.
 Vtrique conuerti facilis, retroque referri:
 Troia gaza velut, Troiæ qui primus ab oris.
 Et verbum soluo, Dux longa pace solutus.
 Sic vicibus mutantur, & in sua iura recedunt.

I quoque, vbi posita est vocales inter, vtrunque

Fit dupla: & crassas extendit murmure voces.

Caius vt est: tamen hac voluit geminare vetustas.

Manent qui aliter in oparhi est primatib
V tanqua
non litera. v quandoque sono maca est, vimque exuit omne:

Ni liquidam dicas, quoniam resolutiblis extat.

Suavis ibi, quercusq; dabit documeta, vel anguis.

Liquidæ. Quasdam etiam dici liquidas voluere Latini.

Regula de Mollior ijs sonus est, & qui persæpe liquecat.

liquidis. Quin posita ad mutas, vocalem (quæ præit ante)

Si brevis est alias, communem incedere cogunt.

Sic aper exit apri: tenēbræ sic, siue tenēbræ.

Syllaba. Syllaba dispositis surgit compacta lituris.

Tempus. Subditur huic tepus. nam liqua est longa, duorum:

Temporis vnus brevis est. ita syllaba constat

Quanta sit: & iunctas signant fastigia voces.

Mediæ syl Quæcūque est inter primā verbi, atq; supremā,

labæ. Hanc mediā dicunt: medias ita dictio plures

Continet vna simul, quæ lege tenentur eadem.

Vocalis an Quæ venit ante aliam vocalis corripitur.

te vocalē. Sic via, sic deus est fio producitur vsque:

Dum subit r voci, fierem fierique, notando.

Genitiuus Omnibus est anceps genitiuis syllaba in ius.

in ius. Casibus in quintæ, quando i sulcibitur, extat

Ei in quin E longum. choream, plateam, communiter effer.

ta. Diphthongus longa est. Mora fit, si forte sequatur

Positio. Consona vocalem duplex: ita piscis & axis.

Vocalem longant: ita nox, ita maius habentur.

Sto, fero, scindo, bibo, do, findo, collige raptim:

Præterita Præterita in primis alias dissyllaba produc.

& supina Sumis (tum) lector, queo, cū sero, stoque sinog;

dissyllaba. Et lino, cūque citum, ruo, do, reor: omne duarum

Tede supinū alias, & ab hoc quæcūque creantur.

^{hic dno partipia / producta / ob pna alit}
Hic tamen accitus, staturus, longa notabis,
^{parfipion}
Ambitusque simul: quibus excitus sociatur.

^{et ab}
In reliquis præsens hæc tēpora cūcta sequuntur. Præteritū
^{et ab}
Sic colo dat colui: sic verbum amo format amavi. ad præses.

^{et ab}
Tolle tamen potui, genui ex illis, posuique.

^{præf. tūq gaminat / et ab}
Præteriti geminata brevis stat syllaba semper. Præterita

^{et ab}
A, præ, se, de, pro, simul E, di longa reponas geminata.

^{et ab}
Cōpositis: dirimo tamen hinc tolle, atque disertus. Præposi -

^{et ab}
Ad, sub, ab, inq, p, ob, re, bi, bis, contraria sunt: tiones cō-

^{et ab}
Ni positū longæ fiant. biga excipe tantum. positæ.

^{et ab}
Omne suā sequitur, qua fluxit origine verbum. Deriuata.

^{et ab}
Sic scriba à scribo, nomen fit mobile verbo.

^{et ab}
Sunt breuia ista tamē deducta ab origine longa, A longis

^{et ab}
Et mānus, & titulus, frāgor, & frāgilis, dūce, ārista, breuia.

^{et ab}
Cum sōpor, atque fārina, lūcerna, dīfertus, ōfella,

^{et ab}
Adde dīcax, stābilisque, sāgax, odiūmque māmilla,

^{et ab}
Et lōtiū, & fātuus, sīquidēque, cūrulis, ācerbus,

^{et ab}
Iunge fēmur, vāda āquæ, nōto: cum quāter, adde
quāternus.

^{et ab}
Cūmque fīdes, vītīūmque, vīri, nāto, ārena, tīgill⁹: Id est sigil

^{et ab}
Quódq; fit ex (signo) ligulāmq; būbulc⁹, āceruus, lum.

^{et ab}
Et stābulū, vāricosus, ānus, cōma, iunge nūmīfma:

^{et ab}
Huc dōmus, huc ōculus, huc cōfer lector ōmasum.

^{et ab}
Deducta à breuib⁹, sic producenda notantur, A breuib⁹

^{et ab}
Rēgula, iūcundus, stāturus, sēcūla, vōmer. producta.

^{et ab}
Vītupero, rēmus, tum cāsus, iūnior, hūmor,

^{et ab}
Tēgulāque, hūmanus, lēgis, lāternāque rāpum,

^{et ab}
Cāseus, & tōtus, vōcis, iūmentāque, rēgis,

^{et ab}
Vīginti, bīnus, dēnus, trīnus quoque, nōnus,

^{et ab}
Iūgera, vēna: quibus sēdes, & mācero, pētus,

^{et ab}
Sērius, & nēquam, fēralis, sūmina, vīres,

^{et ab}
Vōciferor, fōmes, cērītus, sēcūs adde.

Non ego cuncta meo lector quærenda labore
Esse puto: restabit enim, ventura quod ætas
Quærat, & ut studio quisquam se exerceat illo.

Quantitas
ex declina
tu.

A quo deflexum recto, reducitur isthuc:

Sic lægo fit lægerem: lægi lægisse parabit.

Præteritū sua nanque tenet, sua tēpora præsens.

Cōposita.

Ipsa suum simplex coeuntia iure sequuntur,

Quòd si forte tibi primaria syllaba verbi

Simplicis ignota est, te compositura docebit.

Ponere præpono notat, & conducere dūco.

Sæpe per accentum, quanta est, te syllaba fallit.

Corporibus dicens, pō negaret (ut est) breue quicquid.

Sed tu protuleris modo corpōris, illico nosces.

Nam numerus verbo nimium si excreuerit vlli,

In breuius redige, aut alia hoc ope nitere lector.

Composi-
ta breuia
ex longis
sumpta.

Fit breuē cōpositū, quādoque ex simplice lōgo.

Agnit⁹ hoc mōstrat, cū pnūba, & innūba lector.

Deierat à iuro, sic inio, suffio cedunt.

Epenthesis
in litera.

Sæpe aliquam doctis placuit geminare poetis,

Rēliquiæ velut, & reddūco, rēligiōque.

I in medio
cōpositio-
nis.

I brevis in medio est: velut armiger. excipis inde

Qualicunque & ubique tamē, nec perstat ibidem.

Quanticunque, & plerique, & tibi cen, vtri que.

Incremēta
nominū in
plurali.

Hic, ubi se rectus reliquis in casibus auget,

A longum ēque scies, simul o: sic profer earum,

Musarum, quorum, dominorum, sicque dierum.

v brevis, ique manet: verūb⁹ grauibusq; notabūt.

Incremētū
genitiui
tertiæ dec.

A L I S ut in neutro producitur, adijce Naris.

Omnibus A R neutris: cum mascula corripiantur.

Sed iubar, & nectar vel Hēpar, salis, excipe ab illis.

A S.

Præter anas, producis ab A S, ubi casus abundat:

Sic pietas pietatis habet: sed ādis breue perstat.

A N longum, sed & A x, profertur casibus istis. A N A X.
Dropācis hinc, fācis, atque abācis, corax tñ aufer.

E L, E N, E S, tendis. paries, aries, seges, & pes, E L, E N,
Et teges, & teres, atque abies, & præpes, hæbēsque, E S.
Interprēsque, Ceres, quib⁹ omnib⁹ est brevis vsus.

I N quoque producūt, delphīnis, vt & salamīnis. I N.

E R breue comperies. vēr lege excedit ab illa, E R.
Et quibus ad Latios, ēris transfertur ab ἡρώε
Vt panther, crater. secus est, vbi dixeris aer.

I S breuiter crescit: longo monosyllaba fine. I S.

A lapis vt lapīdis: sic lis mobile fit litis.

Ni grēgis exciperes, E x longū (vt rēgis) haberes: E X.

Ni quoque (vt in filicis) mutetur littera voci.

Adiectiua per I x, necnon muliebria, tende. I X.

Præter onyx, histrix, pix, nix, natrīxque, salīxque,
Coxendīxque: filix, larīcis, stygis, & strīgis adde.

Mascula præterea producta sequentia mastyx,
Phoenīcis, bombix, ceix, spadix, fandixque.

Dæmonis o breuiat: præter penè hoc, legis ōnis. O N I S.

Fœmina, mas, cōmune simul, nō propria, produc Oris ab or
Or qb⁹ accrescit. deme indecor, & memor, arbor,
Rhetōris. o brevis est neutris: propriisq̃ue notatis.

Si quod ab v recti creuit, breuiabit o semper. Oris ab vs
Sic pecus hoc pecōris: sic est ebur, & breue corpus. & vr.

Obs scrōbis, ops inōpis, paucissima corripietur. Obs ops.
Cappadōcis præter, bouis, & crescentia, præcox.

Longū erit os, simul ox: sic mōris, sic lege vōcis. O S O X.

Vtis ab us crescens, uris producit & udis. Vs vtis &
Dictio in ux patrio lōga est, monosyllaba præter. vdis.

Lux tamē hīc demis: Sed in ur correpta manebūt V X

Vt ligur, vt turtur, sine fur tamen esse seorsum. V R

Est etiam, vt videas, quo crescant verba tenore, Incremēta
A. iiii. verborū.

Dum legeris profers, & dum tu deinde legeris.

Dū sequērer sequerēris ais, multū inter in illo est.

I brevis in terna est: quarta hāc inflexio profert:

Sic legimus dicunt vulgo, sic deinde perimus.

In vi præ- In vi præteritum semper productilis est vox:

teritum. Audīui exemplo est, quæsiui & lector amāui:

Longa velim, simque i faciunt: sic verte velimus:

Passim alibi brevis est clementis ista secundis.

o semper longū est, brevis v, crescentibus astat,

Possumus vt dicas, legitōte & talia cuncta.

Vltimæ Vltima dicendum est, quanta extet syllaba voci

syllabæ. Cuilibet. in primis, mediisque vagabere passim,

Multa legens: nam quis diffusam comperiet rem,

Inque nouas leges coget: Probus author in illo,

Sudari frustra putat. haud ego murmure longo

Sustineo quenquam: placet omnia dicere paucis,

Quæ rata sint, verbis, & te breuitate iuuare.

Qui velit, hæc scribat, longoque accepta labore

Colligat: & multis dociles sermonibus aures

Turbet, vbi tamē hāc nunquā satis explicet artē.

Vltima in Ordinibus cunctis genitiuus longus habetur.

singulis ca Is brevis est ternæ: prolixum pone datiuum:

tibus. Pone ablatiuum. sed E tertius excipit ordo.

Plurali restus, cūmque accusante vocator

Lōgus erit: quāq̃ est neutris brevis omnibus vsus.

Casibus is lōgū est, sed B V S breue pone, duobus.

Quod semel exposui generali candide dicto

Iā satis est lector. neque enim per lōga morabor.

A in fine. A fini longum est. sed casus corripit illud.

Præter ablatiuum, graiōque ex nomine quintum.

Vltra, ita, vel quia, cū frustra, puta, mixta legūtur,

Longa tamen crebrò: ginta communiter exit

Qui finit numerus: breue quadringentā manebit,
Et siquod simile est, toties hac regula fallit.

E breuis est. Græcis muliebria longa feruntur:
Sic quæ o finito veniunt aduerbia casu
Deducta, vt pulchrē. longoque E verba secundæ
Cum quarē produc, fermēque, ferēque, famēque,
Et monosyllaba. sed nē breuis, dū connotat an, fit.
Nunc sunt lōga, valē, cauē: nūc correpta leguntur.
Quintus at in Græco, cum sexto longus habetur.
Dic benē, dic malē, & huc generalia cōgere dicta.
Partim ita lōga vides aduerbia, raptāque partim.

I produc. Parī corripitur, similēsque cadentes.
Phillidī nō secus est. tibi, cū mihi, vbique, sibique,
Et nisi, deinde quasi, vel ibi, communia sunt.

O varia est cunctis. sed eunt monosyllaba longē.
Ponis in hanc etiam, ceu verò, aduerbia normam.
Mutuò, crebrò, citò, cum sedulo in ancipiti vsu.
Et ferò. at semper modò & illicò corripientur.

V longū est. nihil hinc demis, sic collige cornū.

In B, D, & M, T, breues cūctos posuisse videmus.
Sæpe tamen miror T produxisse poetas.
Naso refert, cum voce abiit, ego. Iunius inquit
Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni.
Siue licet doctis, siue hoc ita syncopa poscit.

C quib⁹ est, pduc. nec erit breue, lāc breue, donēc
Hic varium est casu. sed fac qui corripis, audes
Nescio quid dubiū: legitur tamē haud semel illud.

L breuiter pones: nil, sol, si exceperis inde.

Omnia in N tendis. fume hoc ex ordine forsā,
Et tamē, exin, & in, vidē, ān, crescēnsque secūdo
In casu nomen. sic pectēn pectinis auget:
Cū syrēn capis hinc hymēn. productus in I N stat

Rect⁹: in IN quartus brevis est: ita tigrin habebis.

R correpta venit: crater, ætherque, character,
Cūr, & ibēr, pātherque, statēr, producitur & fūr,
Aēr, nār, vēr, pārque, & ab hoc fit mobile siquod.
Adde illis lar, fārque simul: cor, ut ingeris, aptū est
Versibus. an tamen huc, dubium est, dolor & simili,
le, addas.

A S. Omnib⁹ A S lōgū est. sec⁹ est ubi lāpadās inq̄s,
Pallās & arcās, & in Graijs quæ talia multis.

E S. E S longum vates posuere. ubi patrius auget
Se breuiter casus (miles velut est) breuiatur.

Inquiēs, ēs verbum, penēs, & pluralia Græca.

Ast ariēs, pariēs, abiēs lege longa, Cerēsque,
Rēsque, fidēs, & spēs, cū pēs: bipēs inde tamen fit.

I S. I S breuia. trahimus sicubi genitiuus abundat
Cum longa, ut famnīs, famnītis: iunge secundam
Personam verbi, cui declinatio quarta est:
Cum fīs, cūmque velīs, vīs, & monosyllaba cūcta.
Præter is, & quīs, mīs, bīs, tīs, quæ contrahis vsu.

O S. Protrahit os finem. sed cui genitiuus ōs ossis
Additur, excipimus. sic Græcus in os brevis extat
Patrius: & neutri rectus muliebrēque nomen.

V S. Corripiemus in V S, quæ sunt monosyllaba
præter:

Et quibus extensum est casus finale secundi.

Sic lego virtūtis, tellūris, siue palūdis.

Certe ego, q̄ veniat palūs in mea carmina nolim,

Nihil rarū imitandū. Flaccus ut est vsus vates. nam quæ vnus & alter
Author habet, q̄s in hūc, nisi crassia forte Minerua,
Ingeniūque inopis, sine testibus, incidat vsus?

Hæc ut in admissam concedat syllaba vocem,
Tradidimus breuiter. quod si tibi noster in istis

Angustus nimis est labor, atque hac deficiis arte,
Vltiora potes studioſo acquirere niſu.

Syllaba facta, pedes facit, & pede carmina cōſtāt. De pedib⁹.
Longa ſecuta breuem Spartanum gignit Iambū. Diſſyllabi.

Huic cōtrā, ex longa ponēre, breuique Trochæe.
Pyrrhe celer breuibus, longis Spondees duabus,
Ite pedes. longam correptis dactyle binis
Antefer. at contrā volat antidactylus illi.

Trisyllabi

Tot volucer breuib⁹ tribrach⁹, lōgīſque moloffus.
Naſta vtrinque duas brevis eſt vbi ſyllaba lōgas,
Creticus efficitur. Scolius contrarius illi.

Ante breues longas Bacchius. contrā it autem
(Vt verſura docet) pallimbacchius eidem.

Tetraſyl-
labi.

Sunt quib⁹ accedit (potes hoc inquirere lector)
Syllaba quarta pedes. immenſum eſt omnia dici.

Miſcueris tenuem ſiquando ad carmen Homeri
Pentametrum, numeris dabit his elegeia nomen.

Carmen e-
legiacum.

Exiguos elegos pedibus conſtare duobus
Maxima pars vatum ſentit. da dactylon illis
Spondeūmque grauem. nihil hoc in carmine iuris
Alter habet. cunctis eſt vltima verſibus anceps.

Ponis in heroo ſemper promiſcūe vtrunque.
Ius tamen in quinta (nam ſex regionibus illud
Diuidimus carmen) ſoli tibi dactyle perſtat.
Spondeus ſextum ſibi pes vice quærit eadem.

Heroicum.

Sæpe tamen quintam in verſu pes occupat idē,
Chara deūm ſoboles magnum Iouis īcrēmētū.
Alter in alterius quoniam reſolubilis extat

Spōdaicus
verſus.

Tēpora. ſunt etiā, quibus vltima ſyllaba abundat:

Principio alterius connectit hypermeter illam.
Omne adeo gen⁹ in terris hominūmq, ferarūmq

Hyperme-
ter.

Proceleu- Et genus æquoreum. sed quod legis arietē crebro,
maticum. Hoc proceleumaticum pedibus docet addier istis.
De licētia Disce, quòd angustis hærere in legibus amplos
poetica. Non deceat vates. magna est in carmine virtus
Sæpe noui quicquam venia committere honesta,
Quod variè mentes lectorum ducat, & aures.
Flūuīōrum rex Eridanus Maro dicere posset.

Pentame-
tri scātio.

Entametrū in partes doceo disponere binas:
P Prima duos miscere pedes solet. hūncque vel
illum

Cōtinet, vt libitū est: dehinc vltima syllaba restat:
Daetylus inde duplex parti solet esse secundæ:
Syllabāque ad finem quæ sit collata priori,
Iure pedis quinti numerū hoc in carmine cōplet.

Tu quoque, qui versus in partes digeris ipsos,
Disce modum: neu te mandatis subtrahe nostris.

Collisio in
versu.

Contigerit vocis siquando in fine prioris
Vocalem poni, sicque inceptare sequentem:

Synalœ-
phe.

Prima cadit, fiet synalœphe. sic cadit antè,
Fiat vt ellipsis, m litera. monstrat vtrunque:

Ellipsis.

Littora mult' ill' & terris iactatus, & alto.

Collisio
non obser-
uata.

Hanc tamen aduersus potuit Maro dicere legē,
Insulæ Ionio: sic deinde sub Iliō alto.

Sæpe etiam vt longæ maneant, mirabimur illas:

Hæc Helenum cecinisse penatigerō AEnæ

Naso tulit vates: sic Ionio immenso.

In satyra scriptū est, tū propter plurima, tum his.

Perstat item, siqua est vocalis dictio facta.

S absorbē-
dum.

O vtinam tunc cum Lacedæmona classe petebat.

Antiquum est etiam decidere falcibu' ramos.

Syncopa.

Sæpe brevis totas præscindit syncopa partes.

Vt, quoties raro duxti suspiria motu.

Demit & apocope finem, sic pone negoti.

Quē paragoge auget: sic quicquā fingier inquit.

Ius habet in binas differre diæresis vnam,
Vt solet in cumulum iunxisse synæresis ambas.

Sic nos aulæ, sic persoluēda notamus,
Ferræque Eumenidū thalami, furtūmq; Promethæ.
Plurima pretereà, dīī, cūī, dainceps velut, addis.
Semīānimis, dehinc, dainde, vel huic, īī, proinde
leguntur.

Dicendū & qui sint ornando in carmine flores.
Hic operæ est pretium, vigiles huc vertite mentes
Osthenij iuuenes: nec vos labor abstrahat vllus.

Continuo studio curisq; calentibus, acri,
Optima quæque animo legere aut audire grauissq;
Edidicisse libros, crebrâque indagine doctos
Eligere authores, scribentem carmen oportet.

Quicquid habet alij passim, Maro nouit, & artas
Calluit omnigenas, doctrinâque acre iuuabat
Ingenium. hinc illi tanta est in carmine virtus,
Tantus honos: hinc est, quod vates altior omnes
Hic superat Latios, nomenque ad sidera tollit.

Nec, quoniam munus vobis natura benignum
Contulit ingenij, nimium confidite vobis.

Excolite has vires, animūque intendite rebus:
Quis molē hanc moueat: quis eūtib; iuperet astris:
Quid fatum: quid sit casus: quo turbine præceps
Mundus eat: quæ sit rebus natura creatis,
Discite per causas: hominūque inquirete mores.

Nam conforme suis multum scripsisse probatur
Temporibus carmen, viuosque effingere gestus.

Dū legitis, multū potius, quàm multa legetis.

Apocope.
Paragoge.
Diæresis.
Synæresis.

De carmi-
nis cultu.

Studium.

Maronis
virtus.

Ingenio
non confi-
dendum.
Physice.

Modus in
legendo.

Rhetorica. Nec vos divedi lateat genera, vtque peritus
 Orator causas tractat: sic scribere vates,
 Sic solet eloquio mentes mulcere: sed illi
 Liberior vocum est vsus. vos cogite voces
 Inter se similes: nam res etiam ista iuuabit.
 Synonymia. Profuit & genus in speciem, aut contrâ, variari:
 Figurandū carmen. Et saltem affini confundere nomina sensu.
 Epitheta. Raro aliquod ponas nomen, nisi forsitan illi
 Perspicuitas. Adiectum tribuas proprium: sit lucidus omni
 Duritie procul hinc sermo. sint omnia plana,
 Sint facili producta stylo, venâque fluenti:
 Ponderū in car. Non tamen vt sensu careant, frustrâque legantur:
 Fabula. Sed moueāt animos, aliquēmq; ferātur ad vsum.
 Historia. Est etiam vt studeas pictas miscere fabellas,
 Repetitio- Historiâsque simul, si quis locus exigit illud.
 num exem- Sæpe, vbi quid repetis in carmine, pulchri⁹ exit.
 pla. Ter sunt conati imponere Pelio Ossam:
 Ter pater extructos disiecit fulmine montes.
 Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido.
 Attice crede mihi, militat omnis amans.
 Multa super Priamo rogitâs, super Hectore multa.
 Illum & labentem Teucris, & risere natantem.
 Meme, adsum qui feci, in me conuertite ferrum.
 Pauper amet caute, timeat maledicere pauper.
 Quodque Maro dixit, sequit^r pulcherrim⁹ Astur,
 Astur equo fidens. & in adiectiua resurgens,
 Marfa manus, Peligna cohors, festina virūm vis.
 Et siquid simile his, velut est, Athamâsq; Thoâsq;
 Verba re- Vsq; adeo sensus similem decet esse loquelam,
 bus accom- Vt siquid durum est, duro procedat hiatus:
 modanda. Concitet & gestum sermo. quid pulchrius illo?
 Mōstrū horredū, informe, ingēs, cui lumē adēptū.

Pulchrum est. rura petunt hic Tusculum, atque il- Prolepsis.
le Sabinum.

Transijt & in carmen celebri translatio cultu. Metapho-
Belle equidē dictum, clāssique immittit habenas, ra.
Nauigio fulcat mare, ferrum armare veneno.

Stat pro contento retinens, vt vina coronant, Metony-
Per Venerē luxus, per Bacchum intellige vinum, mia.

Per Cererem fruges, inuentorēque suarum

Finge ipsas rerum: non ista licentia tantum,

Quinetiam decor est. ornata periphrasis omni

Laude nitet, tibi mille locis exempla petantur.

Non etiam incultum est, rapiunt incēsa, ferūntque

Pergama: vos celsis. ita sermo patheticus ornat.

Transponunt etiam quas iungere lege deceret,

Italiam contra dixit Maro. dixit & idem

Transtra per & remos septem subiecta trioni.

Synthesis his propior, Iuuenes fortissima frustra

Pectora. & in medio conclusa parenthesis ornat,

Allegoria simul: pueri sat prata biberunt.

Disſimulānsque in se quicquam Ironia relatum.

Quisquis ab his cultum quæris, verſusque colorē,

Non excede modum: nimia est vitiosa venustas.

Quódque fatis pulchrū est, crebro vileſcit ab vſu.

Cætera, quæ poterant iſtis ſuperaddier, olim

Vestrum aliquis per ſe quæret, mea cōmoda ſaltē

Sit breuitas quicquam, vobis ne ſpernar vbique.

Periphrasis.

Anaſtro-
phe.

Tmesis.

Synthesis.

Parēthesis

Allegoria.


Ironia.

Affectatio
fugienda.

EXCVDEBAT ROB. STEPHANVS

PARISIIS, ANN. M. D. XXXIII.

CALENDIS IUNI.



CALENDIS IVNI.
 PARISIIS, ANNO M. D. XXXIII.
 EXCVDEBAT ROB. STEPHANVS

Sic breuitas quicquam, vobis ne spernar, vides.
 Vestrum aliquis per se queret, inter comoda sese
 Cetera, quae poterant istis superaddidit, olim
 Quodque satis pulchrum est, crebro vilebit ab vlt.
 Non excede modum nimis est vitiosa venustas.
 Quilpue ab his cultum, quibus, vtilisque colore,

Distimulansque in se quicquam Ironia relaxant.
 Allegoria simul: prout sit grata bisserunt.
 Pectora. & in medio conchula parentheos ornat,
 Synthesis his propriis, Iamque fortissima frustra
 Transiit per & tenos lepta subiecta trioni.

Italian contra dixit Mero. dixit & idem
 Transponunt etiam duas iungere lege deceret,
 Bergama: vos cellis, ita sermo pariteris ornata.
 Non est in cultum est, rapitur incho, feruntque
 Laude inter, tibi mille locis exempla detraunt.

Quin istam decor est, omnia periphrasis erunt
 Fingitque rerum: non ista licentia tantum,
 Per Ciceron fruges, inuentorumphe inuatum
 Per Veneris luxur, per Bacchum intellige vinum, mis.
 Steat pro contento, retinens, ut vltis coronant, Metony-

Navigio sulcat mare, ferunt armare veneno.
 Belle equidem dictum, clausule, inuenit habenas,

Transiit & in carmen celebri translatio cultu.
 Metapho-

Metapho-
 Periphras-
 Anastro-
 phic.
 Tmesis.
 Synthesis.
 Parenthesis.
 Allegoria.
 Ironia.
 Affectatio.
 fugienda.

Vini vltus mulieribus in-	X	Enocrates	2.5.&
terdictus	2.1	4.3.& 7.2	
Virginus vir plebeius		Xenophilus Chalciden-	
6.1		sis Pythagoricus	8.14
Virgo Aemilia	1.1	Xenophon	5.10
Viriplacæ deæ sacellum		Xerxes	9.1.& 9.5
2.1		& 9.13	
Vitij Salaffi vxor	9.11		
Volsiniense	9.1	z Aleucus Locrensis	
Vxor Africani prioris		6.5	
6.7		Zenon Eleates	3.3
Vxores Theutonicorū		Zenon alius	ibidem.
6.1		Zeusis pictor	3.7
Vulcanus Alcamenis			
8.11			

F I N I S.



uou

inuem vira

mine glori

etia tua

ent pigra

in macta

uou

in tota

...ochia
...mp: an
...ne: due
...ham mibn
...ame mny
...clausa et
...uerunt
...merid b
...on: aauis
...nqon a
...n aduen
...nat nobis
...dicere
...respondet
...pades nre
...nobil de oia
...pientib: dy
...desual. fat
...ille: p
...furexerunt
...nit exire